

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

1767.

1. Bochmer, Georgius Barneplius: Ord. med... decanus: pauc-
gyrin mortuum . . . iunct et medicum ex process-
uoris variolis impalatum delinat (ad Republikationem
mag. Friderici Lutherkis Personae iurata)
2. ~~Barchner, Georgius Barneplius: Regalis Gas ammonia calibus
et Fischer-Bretzke~~ ~~Stomach~~ ~~ad H. T. f. 12. 12. 12.~~
3. Kuegel, Jacob Christianus, Ord. jas. . . decanus:
~~ent-~~
~~notariorum~~
~~da mit~~
~~nr. 12 identisch;~~
~~in den~~
~~zubekommen~~
lectori benevolo s. d. p. (ad Republikationem inaugu-
alem Friderici Salomonis Bretzkei iurata)]
4. Chardonius, Iosephus Martinus: Ord. iuridici . . . decanus:
lectori benevolo salutem (ad Republikationem inaugu-
alem Christiani Friderici Gaudichii iurata)
5. Chardonius, Iosephus Martinus: Ord. iuridici . . . decanus:
lectori benevolo salutem (ad Republikationem mag. Friderici
Gaudichii iurata)
6. Chardonius, Iosephus Martinus: De reverentia fori
7. Chardonius, Iosephus Martinus: De veneratione



8. Fischer, Fridericus Augustus: Observationum juris
criminalis specimen I.

9. Hommel, Christian Gottlieb: Rectum seruum et
asum paroemiae Germaniae das Kliw gehört zur
irigen Hand caput

10. Hommelius, Christianum Eruct: Theset juris criminalis

11. Klugel, Ernestus Grapio Christianum: De causa coniugatorum
spud Janus
Gottlieb

12. Klugel, ~~Ernest~~ Christianum: Ord. jur. loci . . . De causa
lectri benerato s. d. p (et populatorem mag. Erich
nisi Solomonis Prebituzii iurist)

13. Krause, Georg. Fridericus: De testamento parentum
alio libens minus solemniter noncupato

135 Sphorm für Helsing

14. Krause, Georgius Fridericus: De remittione ecclesiastice
jurium nec non de lege austriacana.

15^a:^b Peuti, Martinus Gottlieb: De curatore mulieris
utram in causa quis cui datus est testimonium

Dicere sumit? 2 exempl.

16. Resbarts, Joannes Crispinus Gallardus: *Commentatio
de incongrue juris Romanis et feuda Germaniae
ad placitum*
17. Triller, Daniel Willelmus: *De fallacia exanimis deinceps.
Et in explorante iustitia Germania natura*
18. Hesaurus, Georgius Stephanus: *Facis commendationis*

1708.

1. Chardenis, Emericus Mariana: *De compositione musicabilis*
2. Harris, Matthias Augustinus: *Theoriam fractionum
decimalium et sexagesimalium generalim expoundit*
3. Hommelius, Christianus Galliob: *De iuribus et obligatis
licentias prefectorum Sacrae coram in usu publicis*
4. Hommelius, Christianus Galliob: *De contractibus extrajuris
Nisi alioz multorum inimicorum in immobiliis
sine caratre sacrae velis nisi*
- 5) Hommelius, Christianus Galliob: *De iuribus et obligatis
nibus prefectorum Sacrae coram in ecclesiastice*

6. Klugelius, Ernestus Gottfr. Christianus: Quo processu
genere ex libro censuali agendum sit?
7. Kraensis, Georgius Fredericus: De indebito ejusque
correctione
8. Kraensis, Georgius Fredericus: Nam creditor concurrit
anticipatio fractus legitimam causarum quanti taken
excedentes lucretur?
9. Kraensis, Georgius Fredericus: Solacione eorum
1769.
1. Hommelius, Christianus Gottlieb: De subcelliorum ecclesiasticis
frictionum commercio
2. Klugel, Ernest, Gottfr. Christianus: Recognitionem et
libris contestationem ex libello simul trepte peti
doptentur proponit
3. Klugel, Ernest Gottfried Christianus: Recognitionem
et libris contestationem simul ex libello plurimum
cum jactura temporis et expensarum nonnunquam
fornicis iniuriam peti --- publice defendeb

1769.

4. Pauli, Martini Gallius : De regala Coloniensi
a
5. Pauli, Martini Gallius : De jure concistorum
5b Triller Schutter
6. Wiesand, Georgius Stephanus, Ord. juridici. . . decan
nus : lectione lenorensi s. p. d. (ad suppeditatum
laenq. Ernesti Gelpicci Hanoviensis iuristis)
7. Wiesand, Georgius Stephanus : De dominica potestate
ex jure Lusitiae superioris

IMPOTENTEM

1767 1

ORDINIS MEDICI
IN ACADEMIA VVITTEBERGENSI
H. T. DECANVS
GEORGIVS RVDOLPHVS BOEHMER

PHIL. ET MED. DOCT. ANAT. ET BOTAN. PROF. PVBL
ET PHYSIC. PROVINC

P A N E G Y R I N M E D I C A M

AD D. XIV. IVL. A. R. S. cI*o*cc LXVII.

HABENDAM INDICIT

ET

MEDICVM IN PRAECAVENDIS VARIOLIS IMPOTENTEM
DELINEAT.

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО
И СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО
СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО

СОЛНЦЕ ВЪДУДОВО



Variolarum prophylaxis vel in prima hominis nativitate ab obstetricie, vel in reliquo vitae studio a medico insti-
tuenda erit. Priorem autem nullam vilitatem habere,
obstetricem potius in hoc morborum genere praecauen-
do impotentem, et modo superstitionis esse, edito nuper Program-
mate ostendimus; an itaque Medicus praestantioribus auxiliis instru-
ctus sit, variolasque cauere, vel easdem penitus extirpare possit, nunc
quoque videamus. Prout vero in morbis curandis primario in causam
atque sedem eorum inquirere debeamus, et raro incognita causa mor-
bum tollere possimus, ita et in cauendis atque auertendis illis, specia-
tim etiam in variolis, nulla salus expectanda erit, causa eiusque fede
incognitis.

Torsit variolarum frequentia ac fere fatalis cunctis mortalibus
necessitas diu pathologorum animos, ac plane diuersas opiniones ex-
torsit, inprimis autem harum princeps causa, eiusque sedes dubia
semper fuit, neque hodie satis cognita. Veteres enim, et qui pri-
mum de hoc morbo accuratius scripsere, Arabes medici, aliquique
plures in sanguine materno variolosam quasi materiam assumisse, ean-
demque ad foetum, haereditario iure, delatam venditasse, in priori

tractatione notauiimus; cum quibus porro illi fere conueniunt, qui a succo nutritio, quem mater et in vtero et extra eum infanti praebet,^{a)} vel qui a liquore amnii, vt nutrimento foetus assumio, variolarum originem deduxerunt;^{b)} alii praeterea Meconium vel in uniuersum variolis, vel tamen eorum copiae ansam dare crediderunt; alii cum LISTERO a vermiculis venenatis;^{c)} alii cum FERNELIO^{d)} ex communis quadam coelestique causa, vel quod idem est, secundum recentiorum menem a contagio singulari, acidae,^{e)} vel alcalinae^{f)} indolis, eiusmodi exanthemata deriuanda esse putarunt; alii non vnam et simplicem, sed varias cooperantes causas assumserunt, ut SENNERTVS, qui ARABVM et FERNELIUS sententiam coniungens a tribus, aere scilicet maligno, sanguine materno, et vitiioso alimento variolas prouenire statuit.^{g)} Alii non tam in causam, quam porius sedem, et locum in quo materia variolosa ad evolutionem usque haesit, inquisuerunt, eundemque nunc in capsulis suprarenalibus,^{h)} nunc

ib

a) Vid. MICH. ETTMÜLLER in operibus T. II. p. 346 HAFENREFFER de Cutis affectionibus L. II. c. 4. p. 197. I. E. SCHAPERI Diss. de Variolis Rost. 1701. M. E. ETTMÜLLERI Diss. de Variolis Lips. 1700. DOLAEVS in Encyclopaedia p. 785. HARRIS de morbis infantum app. p. 63. aliisque.

b) Conf. ANDR. HOFFART de Variolis Lips. 1742. Idem fere statut STENZELIVS, dum reliquias chyli, qui in vtero materno nutrimentum embryoni praebet, pro causa assumxit, vid. Diss. de Variolis Witt. 1742. §. 18. p. 26.

c) In Exercit. de Variolis, edit. cum Exercit. altera de Buccinis Lond. 1695. Conf. quoque S. A. PFEIFFER de Variolis Sedini 1719. 8. et RIVINI Diss. de pruriti ab acaris Lips. 1722.

d) De Morbis contagiosis L. II. c. II.

e) Ita statut PFEIFFER l. c. et STROTHES of the Small-pox Lond. 1721. 8.

f) Hanc sententiam defendit OOSTERDYCK SCHACHT in Institut. Medicinæ Praest. p. 40.

g) De Febribus Libr IV. c. 12. Ita quoque sanguinis modo menstrui inquinamentum, modo prauos succos in corporibus, propter malam viuendi rationem congestos, variolis interieram praebere, assumxit MINADOVS Tract. de variolis Patav. 1603. 4. fol. 15.

h) Inuenit eam hypothesis DE LE BOE SYLVIVS vid. Opera p. 618. et ultius defendit VIOLANTE de Variolis Dresden. 1750. 4.

in medulla spinali; ⁱ⁾ neruisque, ^{k)} nunc in primis viis, ^{l)} assumserunt. In tanto igitur Auctorum dissensu quid statuerit? Quisque suis, imo unus alterque probabilibus nititur rationibus; attamen nihilominus vel plane incognitam esse variolarum causam et sedem, vel, si ex contagio etiam, ut omnino decet, easdem deriuemus, eiusdem indolem minime perspectam nos habere, existimamus. Suam etiam hac in re ignorantiam confessi sunt praestantissimi medici, SYDENHAM IVS, ^{m)} MEAD IVS, ⁿ⁾ TURNERVS, ^{o)} LUDWIGIVS ^{p)} aliique, et ex antiquioribus praecipue DIEMER BROECK IVS, ^{q)} qui praestabilius censet scientiae confiteri insirmitatem, quam per multas ambages et vanas coniecturas, nullo fundamento innitentes, tandem crassam ignorantiam prodere; quis enim, addit, tantaes se rei veram et perceptibilem rationem daturum promittet? Variolae itaque materiae indoles, ipsiusque morbi causa dum nos latet, frustraneus forte etiam in antidotis et prophylacticis remedii inueniendis labor erit.

Verum enim vero multae morborum causae in occulto manent, medicorumque eruditissimorum perspicaciam et sagacitatem elidunt, et nihilominus aliquando vel imminentes feliciter auertuntur, vel praesentes curantur. Ideoque praestantissimi viri experimenta omni studio

a 3

atque

ⁱ⁾ Hanc sedem assumit, materiamque variolosam in illa maxime eius portione, quae in inferiore regione spinae est. desigi, statuit FR. HOFFMANNVS in Med. Rat. System. T. IV. Sect. I §. 3.

^{k)} Nervorum fibras recipienda fouendaque huiusmodi massae omnium aptissimas esse, assert s TENZEL l. c. p. 26.

^{l)} Conf. CL. ROBERT Recherches sur la nature de l'inoculation. à la Haye 1763. 8. Qui variolarum causam in primis viis haerere, praeципue ex horrore, nauete et vomitu, quae scil. symptomata ante eruptionem molesta sunt, hac autem facta iterum cessant, probare voluit.

^{m)} De morbis acutis Sect. 3. c. 2.

ⁿ⁾ Diff. de Peste, edit. Oper. praefat. p. 8.

^{o)} De morbis cutaneis, Lond. 1726. p. 99.

^{p)} Diff. de Crisibus Variolarum Lips. 1755. p. II.

^{q)} De Variolis cap. 3. edit. Oper. p. 275.

atque attentione instituerunt, quo tandem aliquid inuenirent, quod vel hominem ab omni variolarum aggrēsione tueri saluūmque seruari possit, vel modo efficiat, vt mōdus mitior eueniat, variolaeque minus malignae et periculosaer orientur. Variam hinc prophylaxin, et pro conseruando praeparandoque corpore varia remēdia accepimus. Nunc enim Venaesectionem, nunc purgantia et sudorifera, nunc alterantia, acida, antimonium, mercurium corticemque peruvianum laudarunt summi practici, quae tamen siqula ab aliis, aequē magnis viris, vel plane reiecta, vel modo in vno alteroquo casu laudata fuere.

Hanc itaque rem ulterius nunc exponere, omnemque prophylaxin dubiam, immo nullam esse, experientia praecepit corroborare, postulat instituti ratio. Verum, licet variolarum epidemiam quinques obseruauerimus, multisque et sanis et aegris, hoc praecepit tempore, quo graffatae fuerunt et adhuc graffantur variolae, opem tulerimus, nolumus hac in re arbitri vices gerere, potius TRALLE. S RVM, qui praxin medicam et copiosam et diuturnam habuit, qui egregium ac solidissimum de variolis commentarium scripsit, qui denique omnia, quae dici modo notarique, ac animaduerti possent, more suo, solide et eleganter exposuit, hunc praestantissimum, attentissimumque ac literatissimum Medicum substituamus, Eiusdemque verba repetamus.

In stibio et mercurio, bene vnitis, quaequivisse et inuenisse sibi visum esse BOERHAVIVM¹⁾ verum antidotum variolosi veneni, nemō ignorat. Vinam vere inuenisset, vinam, quod dicit in suo commentario, aduersarios improbantes huius specifici vsum non habuissent, vt in eo non continuaret, et hanc rem felicioribus indagatoribus relinqueret. Venenum autem forte mitius ager recepum licet corpore, si portio eius eliminaretur, vel totum vt cunque eneruetur idonea prophylaxi. Sistit se primo VSectio, haec cum sanguine emissio aufert partem diffusi per humores stimuli, nil vero illi dant medici Edinburgenses,²⁾ pluribus enim eorum, quos VSectio, purgatio, temuissima

1) Aphorisimor. 1392.

2) Act. Part. III. c. 2.

ncissima et refrigerans diaeta bellissime praeparauerat, confluentes et malignas contigisse memorant. Operae pretium foret experiri, quid grassantibus variolis praestaret foniculus, verum et eum nil praestituisse memorant Edinburgenses. Vomitum recte in therapia reicit de H A E N , ¹⁾ desunt etiam, licet tali fine adhibita passim legantur emeticæ, certæ et constantes experientiae, quod mitiores reddiderint variolas, data ante morbi ingressum, vel sub ingressus initio. Purgantibus fauet SYDENHAM,²⁾ reiteratam catharsin, sanguine nondum inquinato, subsequentes variolas laudabiles ut plurimum er distictas reddidisse dicit. At vero Diarrhoeas grauissimas notauit P E C H L I N V S ³⁾ rura ab intempestivo remedio, tum sponte abortas, idque paulo ante morbum, nil tamen imminuta ob hoc ipsum variolarum vel copia vel malignitate. De sudoribus eadem Cl. Viro sententia est, si que hi calidis cierentur, aut et mitiore via liquida tenuissimis particulis orbarentur, veneno omni non excluso per cribrum cutis, nocitura porius forent eiusmodi conamina. Consideravit dein alterantia T R A L L E S I V S , et primo de acidis scripsit: non vniuersalem fuisse variolarum copiam arcenti methodum, quam post SYDENHAM V M , W A L D S C H M I D I V S et alii Hassiae medici dilaudarunt, per crebrem spirituum mineralium vsum ante infectionem notat H O F F M A N N V S , ⁴⁾ cum quo et facit W E R L H O F I V S . ⁵⁾ Quid dicam de Mercurio? afferuit B O H N I V S , ⁶⁾ praeseruatiue datas pilulas laxantes mercuriales, mitiores reddidisse futuras variolas; Multum quoque mercurialibus tribuebat E T T M Ü L L E R V S , solebat etiam G . F . S P I E S S I V S , quem eximiae felicitatis famam in hoc morbo curando adeptum fuisse, dicit W E R L H O F I V S , ⁷⁾ præcautionis fine adhibere pilulas ex aloë et mercurio, dein etiam notauit M E A D , ⁸⁾ mercuriali saliuatione forte defunctos et purgatos, dein in variolosam luem incidentes, omnes facillime saluos euasisse. Observarunt autem Auctores Actorum Edinburg: ⁹⁾ nonnullos, qui mercurio curati, notabili adhuc tempore aethiope minerali vivebantur, quem tamen valde depraedicauit

L O E B ,

- ¹⁾ Rat. Med. II. c. 3. ²⁾ p. 451. ³⁾ Obseru. Lib. II. obs. 15.
⁴⁾ Med. Rat. Syst. T. IV. p. 169. ⁵⁾ de Variolis p. 94.
⁶⁾ Diff. de Mercur. dulc. ⁷⁾ l. c. p. 95. ⁸⁾ cap. II. p. 58.
⁹⁾ Part. III. §. 2.



8
LOBE, confluentibus peritos esse et periisse, et natura sua mercurialis pluribus nocua esse debere contendit TISSOR,^{e)} a quo non dissentit de HAEN. Venio ad Corticem chiae, qui de eius vsu in therapia variolarum multas laudes publice proposuit IOH. WALL,^{f)} fatetur quidem sibi non constare, an hoc remedium praeseruationi et praeparationi inserviat, tamen vsu suo id hoc fine non carere posse. At vero dum de cortice aequa ac mercurio monet HVXHAM,^{g)} quod antidoti gloria condecorati fuerint, simul addit: vidi exempla, quae me ad assensum pellicerent, valde tamen adhuc impedior, ut haec pharmaca suadeam, vel in illis aliquam fiduciam ponam. En egregiam variolas arcendi methodorum, a Cel. TRALLESI^{h)} institutam comparationem; ex qua, vt Ipse Cel. Vir tandem monet, facile clarum redditur, nondum eo felicitatis peruenisse medicos, vt instructos sese credere queant pharmaco prophylactico, variolosum venenum vel delente prorsus, vel saltem vires eius heberante, corpusque contra illas muniente, neque habere, cur ea propter erigant cristas.

Non solum autem Cel. TRALLESIⁱ⁾ omnem variolarum prophylaxin in dubium vocauit, sed et ante eum praestantissimus MEAD^{j)} eiusmodi, contra variolas specifici, remedii inuentionem per rerum naturam impossibilem esse, in primis contra BOERHAAVIUM, declarauit; et licet recentiorum plures sint medici, qui pro variolis naturalibus aequa ac artificialibus praecipue, minori vi ac periculo superandis, corporis praeparationem laudent maximeque virgeant, multi tamen hac prorsus neglecta morbum superant; immo in ipsis regionibus, in quibus inoculatio primum tentata fuit, vix unquam villa praeparatio instituitur, et nihilominus felicissimos semper successus habuit; hinc et eandem non semper necessariam, immo cum plerisque ad infestationem iuniora, vtpote nondum insigniori labe affecta, et peruerso vitae genere destructa, sed in genere optima valetudine praedita corpora elegantur, superfluam esse, alii et inter illos strenuus

e) Lettre à Mr. de Haen p. 39. f) Philos. Transf. Vol. 44. no. 484. g) p. 12.

h) Vid. Diff. Epist. de methodo medendi variolis haetenus cognita, siue insufficiente, magno pro inoculatione argumento, Vratisl. 1761. 8. p. 76. seq.

i) Vid. libr. de Pestis edit. cit. p. 92.

rius etiam insitionis defensor, Cel. GATTI^{k)} concedunt. Aliae
contrario corpora ante artificialium et naturalium variolarum accessum
multum et diu praeparata copiosis, aliquando confluentibus et summe
malignis pustulis laborasse et legitimus et ipsi vidimus. Dedit nuper
eiusmodi funesti exitus historiam LUDWIGIVS,^{l)} et in amplissima
Familia, cuius salutem medicis consiliis conseruare, nobis et honori
et curae cordique semper fuit, longe lateque gravato morbo, ac in
propriam domum saeire incipiente, partim bene composita diaeta,
partim optima, multumque laudata remedia prophylactico scopo ad-
hibita fuerunt, at nihilominus variolis correpti sunt septem, atque
grauissime quatuor iisdem laborarunt. Inprimis, quod animadver-
sione dignum nobis videatur, coricis Peruviani selectissimi virus huic
familiae domesticus fere esse diu confuevit, atque nunc gravante con-
tagio haud omissus, sed Venae sectione, aliisque simul adhibitis,
frequenter potius et copiose deglutiuit. Contrario plane eventu,
Aetate enim proiectiores, et qui maiori copia coricem assunserant,
vnico excepto, grauius variolique fere confluentibus laborarunt, iu-
niior autem filia 13 annorum, quae hoc et alia prophylactica remedia
neglexerat, variolis admodum benignis paucissimisque tentata fuit.
Neque diversa haec et copia et malignitas variolarum ad methodum
medendi referri atque inde explicari poterit; siquidem in eiusmodi
morbis nunquam, vel non nisi vrgente necessitate calidiora adhibere
soleamus. Praeterea verissime afferunt saepe laudatus TRALLESIUS,^{m)}
dari variolas suo ingenio ita comparatas, vt ars omnis possibilis, ad
leges medendi summorum virorum directa, cauere nequeat, ne vel
in summum periculum aegros adducant, vel prorsus vita priuent; alio-
que locoⁿ⁾ scripsit: obstupesco, videns Illustrum de HABEN tantum
non omnem culpam lethalitatis variolarum infortunatae methodo tri-
buere. Esi etiam ipsae variolae, per se consideratae, nunquam, vel
rariissime lethiferae esse soleant, earumque contagium, in genere specta-
tum, pro benigno^{o)} haberi possit, tamen vel ea, quae durante
b) morbo

k) Vid. Reflexions sur les préjugés de l'inoculation.

l) Progr. de Contagio varioloso, p. 7.

m) libr. cit p. 72.

n) p. 15. vid. et nostra Diff. de Exanthematum differentia p. 16.

o) Conf. LUDWIGII Progr. cit.

morbo quandoque accidentunt, e gr. Variolae, dum in tempus mensum incidunt vel hoc solo nomine malae et interdum lethiferae sunt; vel quando morbus in aetatem prouectiorem differunt, et tunc demum eodem correptu maiori exponuntur periculo; vel alia mala corporis dispositio, occulta viscerum labes, singularis humorum diathesis et s. p. facile causam praebent, ut aegrum suamque famam perdant medici, optimam et adeo laudaram antiphlogistica methodum licet adhibuerint.

Variolas itaque cauere, easdemque cuitare nullis vñquam praefidis possumus; forte autem illas prorsus et radicitus extirpare consiliis nostris poterimus. Nonnulli sunt clarissimi medici, qui hoc affirmarunt, vel saltem de ea re scriperunt, VI KRAVISVS,^{p)} RASTIVS,^{q)} RICHARDVS^{r)} et MEDICVS.^{s)} Verum penitus extirpari posse morbum, haec tenus impossibile fuisse, Tres Piores^{t)} concedunt, ad fugandum autem illum eadem, quae ad impediam contagii pestis propagationem commendata fuerunt, remedia adhibenda esse suadent, urgentque praecipue, ut aegroti separatim in nosocomia includantur, et propagatio contagii per expositas quoque militum excubias impediatur. Variolas, veram pestem, sui quidem generis esse, atque inter se quam maxime conuenire, praeter alias Cel. in primis M E A D^{u)} diu asseruit atque probauit. Certe prout nostri climatis aer verae pestis origo nonnquam esse potest, ita etiam ex feruido Aegypti climate allatas in Asiam, ac per Europam propagatas fuisse variolas, scimus, tristique dudum experientia cognovimus, hunc quoque morbum, si in familiam aliquam irrepit, omnibus vel plerisque, naturae enim suae singulare beneficio, non prophylactica cura, aliqui contagio resistunt, praecipue si libere

p) Diff. de Variolarum extirpatione insitioni substituenda, Lips. 1762. 4.

q) Reflexions sur l'inoculation de la petite verole, & sur les moyens, qu'on pourroit employer pour delivrer l'Europe de cette maladie, a Lyon 1763. 12.

r) De Variolarum extirpatione Monspel 1764. 4.

s) Von der Auftretung der Kinderblätter, Frankf. 1763. 8.

t) MEDICVM namque propter libri titulum modo excautinus; omnis enim Eius prophylaxis ad curationem pertinet, et dum variolas pro febre inflammatoria essumit, eiusmodi etiam curandi methodum tradit et alia multa paradoxa proponit.

u) Vid. Diff. de Peste, edit. cit. p. 8. 31. 40. 101. et passim.

¶

libere ac securius cum aegro agant,^{x)} manus quasi suas iniicere solere;
ideoque ne propagetur, ne multiplicetur contagium, saluberrimum est
eritque in peste aequa ac variolis nunc notatum consilium. Quousque
autem securitatem aliquam in hisce morbis obtinere, quousque optimum in fuga praesidium applicare, vel alio modo contra contagium
nos munire valeamus, nunc quidem fusius disquirere, neque an, vel
per variolae materiae, pro infusione instituenda, conseruationem, vel per
ipsam infusione variolosum contagium conseruetur magisque propagetur,
ideoque eadem disuadenda potius, quam commendanda sit, disputare
nolumus; cerussime tamen persuasi sumus, primum, vel nouum ad-
uentum pestis aequa ac variolarum in nostris regionibus nos impeditre,
nulla arte nulloque praesidio posse; Valet hic quoque, ac egregie huic
spectat regula, quam nobis reliquit HIPPOCRATES,^{y)} dum scribi:
Non exigenda ab arte, quae non profitetur; quorum enim fa-
cilitatem, tum per naturae, tum per artuum instrumenta consequimur,
eorum nos opifices profiteri possumus, aliorum non item; si quid
igitur homini contigerit, quod medicinae instrumenta superet, id ne
sperandum quidem est ab arte medica vinci posse.

Conuerto me nunc ad istud negotium expedientum, quod mi-
hi haec qualiacunque proponendi occasionem dedit, scilicet iam com-
mendandus est

NOBILISSIMVS ET DOCTISSIMVS
DN. FRIDERICVS LVDOLPHVS PEISSELIUS
OTTENTORP. MISNIC.
MEDICINAE CANDIDATVS

b 2

qui

^{x)} Praecipue notanda sunt exempla medicorum, qui diu multumque inter
variolis laborantes versati fuere, nunquam vero ipsi iisdem laborarunt.
MORGAGNI idem de se ipso retulit, vid. libr. de cauis et sedibus morborum,
epist. 49. et aequa longaeos praticos, FR. HOFFMANNVM et de
HELVICIS nunquam illum sustinuisse morbum, notauit TRALLEZ de
infusione variolarum Vratisl. 1765. p. 34.

^{y)} Libr. de Arte, edit. Foesii p. 5.

qui de vita sua, huc usque in praeclaris studiis laudabiliter acta, haec nobis exhibuit :

*P*arentes, quibus ego FRIDERICVS LUDOLPHVS PEISSELIUS Oitentorpi prope Bischofswerdam Misnicam die sexto Octobris anno huius seculi quadragesimo tertio natus sum, M. IOANNEM REINHARDVM, Pastorem eiusdem loci, et CATHARINAM SOPHIAM, e gente REICHIA, adhuc superstites veneror. *Qui*, dum a prima statim aetate animum puerilem studiorum amore imbuī cuperent, omnem dederunt operam, ut priuatam praceptorum industriam adiuuarent. Cum vero, nescio qua fortuna id contigerit, NIERDTIA, non ita prope mihi cognata vidua Consulis olim de Haina urbe meriti, parentes meos rogaret, ut me Hainam ad se mitterent, eo undecimo aetatis meae anno profectus, PL. R. EBERTI priuata, et STOLLII publica institutione usus sum, et quod pie recordor, in EBERTO et NIERDTIA alteros quasi parentes inueni. Hinc, anno et quod excurrit, peracto, Vitembergam accedens a Magnifico BOEHMERO, ciuibus huius Academiae adscriptus sum. Paullò post vero in scholam prouincialem, quae Portae floret, deductus, AVGVSTI CLEMENTIS SIMI munificentiam, pracecepiorumque optimorum FREYTAGII,

VVALTERI,

VVALTERI, GRABENERI, HENTSCHELII, GEISLERI, FER-
BERI et HÜBSCHII amorem et industriam in formando praepa-
randoque animo ad studia altiora expertus sum, usque dum
FREYTAGIO mortuo hanc alman matrem, cuius perpetua in me
viget memoria, finito paene hexennio derelinquerem. Sic ani-
mo praeparato ad eas artes, quibus aliquando aliis inservire cu-
piebam, Lipsiam me contuli, et a S. V. ERNESTIO, tunc tempo-
ris res academicas dirigente, die vigesimo sexto Octobris anno mil-
lesimo septingentesimo sexagesimo primo albo ciuium academico-
rum insertus sum. Quod igitur primum quaerendum erat, in
philosophia addiscenda ducem elegi Excell. VVINCKLERVM, eun-
demque in primis Praeceptorem habui in rerum naturalium hi-
storia, demonstratione, cum physica, tum mathematica, earum-
que illustratione per experimenta. Praeterea quoque artem dispu-
tandi et latine scribendi sub Eeiusdem Viri praesidio ex-
colui. In scholis S. V. ERNESTII, CL. GELLERTI, et
BORTII doctrinas ad historiam, humaniores litteras, et mathe-
sin pertinentes, summa cum voluptate accepi. A beatis Viris,
HVNDERTIMARCKIO et IANCKIO anatomen et artem dissecandi
cadavera percepit, quam etiam Excell. POHLO duce exercui.
Exper. POERNERI institutione usus, prima chemiae et materiae



medicæ rudimenta hauſi, hasce disciplinas aliasque apud Celeb.
 RIDIGERV M magno cum fructu et oblectamento magis excolui.
 Ab Excellentissimis Professoribus PLAZIO, historiam medicam,
 BOSIO, rem herbariam et physiologiam, KRAVSIO pathologiam,
 GEHLERO mineralogiam et artem obstetriciam, REICHELIO
 artem de rebus medicis differendi doctus sum. Reliquas vero
 medicinae scientias, pathologiam, therapiam generalem et spe-
 cialem, chirurgiam, medicinam forensem, nec non artem con-
 scribendi formulas, librorumque cognitionem, Magnifico LVD-
 VVIGO praeceptore, didici. Quibus cum incumbere studiis,
 me magno fauore et beueolentia a Celeb. LVDQVICI exceptum
 et exornatum esse, recenti memoria teneo. Finitis autem iſis
 laboribus, anno peracto Mense Septembri ad hanc Musarum se-
 dem accessi, atque singulari TRILLERI, LANGGVTHIE et
 BOEHMERI, Virorum omni laude maiorum, comitate, fauore,
 et institutione cum publica, tum priuata mirifice delectatus sum.
 Atque tanta quidem horum Excellentissimorum Virorum indu-
 gentia in me fuit, ut precibus humanissimis admotis, sub noui
 anni auspiciis meum ingenium viresque explorauerint, mihiique,
 summos in arte medica honores ambienti, facilissimas aures pree-
 buerint.

Ita

Ita scientia atque peritia instructus Facultati nostrae desiderium modeste exposuit, summosque in arte salutari honores periti: itaque in numerum Candidatorum receptus consueta subiit examina, in quibus laudatissimorum in medicina profectuum pulcherrima dedit specimen, vade etiam supremi in hoc genere documenti, Disputationis inauguralis de *Salibus Ammoniacalibus* habendae Ipsi facta est copia, quam totam Auctor conscripsit, et me moderatore d. xiv. Iulii publice ventilabit. A Vobis autem, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, ACADEMIAE PROCERES, FAVTORES, GENEROSI AC NOBILISSIMI LITERARVM STUDIOSI, illud nobis experimus, velitis huic Actui interesse, et ei, nostro Ordini, Nobilissimo que Candidato maximum decus afferre. Huic, quod nobis optatissimum est, beneficio, ut quauis occasione vicem exsoluamus, enitemur, qui omnia, quae ad vestram dignitatem pertinent, summo semper studio curabimus.

P. P. Domin. IV. post. Trinit. A. R. S. MDCCCLXVII.

EX OFFICINA GERDESIANA.



АМАДЕИ-ОДИССЕЯ XI

V
D
A8

ULB Halle
005 361 745

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



1767 /

A
ORDINIS MEDICI
IN ACADEMIA VVITTEBERGENSI
H. T. DECANVS
GEORGIVS RVDOLPHVS BOEHMER

PHIL. ET MED. DOCT. ANAT. ET BOTAN. PROF. PVBL
ET PHYSIC. PROVINC

P A N E G Y R I N M E D I C A M

AD D. XIV. IVL. A. R. S. cIɔ Iɔ CC LXVII.

HABENDAM INDICIT

ET

MEDICVM IN PRAECAVENDIS VARIOLIS IMPOTENTEM
DELINEAT.